

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Pvb. Virgilio Maronis Bucolicorum Eclogæ X, Georgicorum Libri III, Æneidos Libri XII

Vergilius Maro, Publius

Genevæ, M.DC.XXXVI.

Fabii Planciadis Fulgentii de allegoria librorum Virgilio ad Calcidium  
Grammaticum

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-548](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-548)



\* FABII PLANCIADIS FVLGENTII,

DE

ALLEGORIA LIBRORVM VIRGILII  
ad Calcidium Grammaticum.



XPETEBA<sup>T</sup> quidem, Leuitarum sanctissime, nostri  
temporis qualitas gr̄de silentium, vt non solum mens  
expromtate desisset quod didicit, quantum etiam ob-  
liuionem sui efficere debuit quia viuit. Sed quia nouo  
caritatis dominatu fulcitur, & in amoris p̄cepto  
contemptus nunquam admittitur; ob hanc rem Virgi-  
lianæ continēt̄iæ secreta physica tetigi, vitans illa qua  
plus periculi possent p̄rogare, quam nobis, apud  
quos & nosse aliquid periculum est, & habere. Ob

quam rem & bucolicam georgicamque omisimus, in quibus tam mysticę in-  
terstinctæ sunt rationes, quo nullius penè artis in iisdem libris interna Virgi-  
lius p̄terierit viscera. Denique in prima Ecloga, secunda & tertia, physicę  
trium vitarum reddidit continentiam. In quarta vaticinij artem assumsit. In  
quinta Pontificalia designauit. In sexta artem musicam cum suis perfectissi-  
mis posuit numeris. In parte verò eiusdem eclogæ physiologiam secundum  
Stoicós exposuit. Septima *in nihilo dicitur* tetigit. Octaua apotelesmaticen  
Musicorum & magicam designauit: in parte verò extrema tetigit & *quasi*  
quam etiam in nona ecloga persecutus est. In octaua quidem, vbi dicit,

*Adspice corripuit tremulis altaria flammis*

*Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse, bonum sit.*

*Nescio quid certum est, & Hylas in limine latrat.*

In nona verò ecloga vbi dicit,

† *De cælo tactas memini predicere quercus.*

iterumque—*lupi Mærim videre priores.*

PRIMVS verò Georgicorum est omnis astrologus, & in parte extrema  
† *quasi*. Secundus phytonomicus & medicinalis. Tertius omnis aruspici-  
nam continet: quam quidem & in sexto Æn. tetigit, dum dicit,

*Et summas carpens media inter cornua setas,*

*Ignibus imponit sacris libamina prima.*

Quartus verò ad plenissimam rationem est Musicus, eum sua apotelesma-  
tice in fine carminis dicta. Ergo doctrinam mediocritatem temporis e-  
dentem omisimus, ne dum quis laudem quær̄it nominis, fragumen repe-  
riat capitis. Esto igitur contentus, mi Domine, leuiori fasciculo, quem tibi  
Hesperidum florulentis decerpſianus hortulis. Aurea enim mala si expe-  
tis, esto Euristeus alio fortiori, qui, vt Alcides, suam pro nihilo reputet

\* Scripti  
libri huc  
habent  
titulum.  
FABII  
PLAN-  
CIADIS  
FVL-  
GEN-  
TII. v. c.  
Incipit  
Virgilia-  
næ conti-  
nēt̄iæ se-  
cundum  
philoso-  
phos mo-  
ralis ex-  
positio.  
Alberic⁹  
sive Al-  
bricius  
Londi-  
nensis  
(qui cir-  
ca an. Do-  
mini  
1217. vi-  
xit) in Al-  
legoric.  
lib. 1. cap.  
4. & vlt.  
profert  
quædam  
huius li-  
belli, cū  
hoc e-  
logio:  
FVLGEN-  
TIVS SV-  
PER Æ-  
NEIDEM.  
† *voluit  
hic versū  
proferre.*  
Ante si-  
nistra  
caua mo-  
nuisset  
ab ilice  
cornix.

HVS.

me aliquando vi-  
dendum ferre eorum  
graphice præsum,  
nam scripturae cor-  
dissimulatum, prolatis  
exempla, indica-  
P. Danielis I. C.  
am emendatu fa-  
gerij V. C. ex-  
scriptorum co-  
tatem. Vite

\* FABII



VIRGILIANA

viram. Poteris enim ex his tacite multa colligere quæ ad instrumentum tui proficiant desiderij, Ego vero Chryssippi ellebori rancidulo acrore postposito, cum Musis aliquid blandius fabulabor:

*Vos Heliconiades, neque enim mihi sola vocanda est  
Calliope, conferte gradum, date præmia menti.  
Maius opus moneo: nec enim mihi sufficit una:  
Currite Pierides, et iuncto robore nobis  
Parnasias niveo compellite pectine chordas.*

† Sc. lib.  
tractatu.

† Sc. II.  
contra-  
ctu.

Hæc tam parua precatio, credo quod Virgilianis satisfecerit Musis. Cede mihi nunc personam Mantuani vatis, quo fugitiuos eius in lucem deducamus amfractus. Nam ecce ad me etiam ipse Alceæ fontis bractamento saturior aduenit, quales vatum imagines esse solent dum assumtis ad opus conficiendum tabulis stupida fronte arcanum quoddam latranti intrinsecus † tractu submurmurant. Cui ego, Seponas quæso caperatos obtutus Aufonidum vatum clarissime, rancidamque altioris falsuram ingenij iocundioris quolibet mellis sapore dulcescas. nam non illa in tuis operibus quærimus, in quibus aut Pythagoras modulos, aut Heraclitus ignes, aut Plato ideas, aut Hermes astra, aut Chryssippus numeros, aut *ὀπταλέξιας* Aristoteles inuersat: nec illa quæ aut Dardanus in Dinameris, aut Battiades in Parethris, aut Campester in Catabolicis infernalibusque cecinerunt: sed tantum illa quærimus leuia, quæ mensualibus stipendiis Grammatici distrahunt puerilibus auscultatibus. Tum ille, † contracto rugis multiplicibus supercilio, Putabam, inquit, vel te homuncule creperum aliquid desipere, in cuius cordis vecturam meas onerosiores exposuisssem sarcinulas. At tu telluris glabro solidior, adipatum ructuas quippiam. Cui ego, Serua istæc, quæso, tuis Romanis, quibus hæc nosse, laudabile competit & impunè succedit. Nobis verò erit maximum, si, vel extremas tuas contigerit perstringere simbras. Ad hæc ille, quatinus, inquit, in his tibi discendis non adipata crassedo ingenij, quam temporis formido periculosa reluctat, de nostro torrentis ingenij impetu breuiorem vnulam prælibabo, quæ tibi crapula plenitudine nauseam mouere non possit. Ergo vacuas fac sedes tuarum aurium, quo mea commigrare possint eloquia. Itaque compositus in dicendi modum erectis in iotam duobus digitis, tertium pollicem comprimens, ita verbis exorsus est: In omnibus nostris opusculis physici ordinis argumenta induximus, quo per duodena librorum volumina plenior humanæ vitæ monstrassem statum. Denique idèd tale dicendi exordium summsimus. *Arma virumque cano.* in armis virtutem, in viro sapientiam demonstrantes, omnis enim perfectio in virtute constat corporis & sapientia ingenij. Ad hæc ego: Si me tuæ orationis asferta non fallunt, vates clarissime, idèd etiam diuina lex nostrum mundi redemptorem Christum virtutem & sapientiam cecinit: quo perfectum hominis diuinitas assumssisse videretur statum. Ad hæc ille: Videris ipse quid te vera maiestas docuerit: nobis interim quid visum sit edicamus. Et quamuis oportuerit secundum Dialecticam disciplinam primum personam edicere: sicque personæ congruentia enarrare; quo prima poneretur substantia; deinde accidens substantiæ, vt primum *virum*, sic etiam *arma* dicerem. Virtus enim in subiecto est corpore. Sed quia laudis est assumta materia, ante meritum



C O N T I N E N T I A.

ritum viri quam ipsum virum ediximus: quo sic ad personam veniretur iam recognita meriti qualitate. solet quippe etiam in epistolis hoc ipsum communis obseruatiōe loquacitas, quo primum domino † meritum, sic ponatur nominis vocitatio. Sed quo cognoscas plenius laudis me assumpsisse materiam, vide quid in sequentibus dictum sit: & quod fato profugus, & vi superum. Quo intenderemus fuisse fortunæ culpam, non virtutis debilitatem vt fugeret: & deos quam sapientiam esse culpabiles vt pericula sustentaret. Illam nihilominus Platonis antiquam firmantes sententiam, vbi ait:

*Νῆς ἀνθρώπινος θεός. ἔπος ἐὰν ἀγαθός θεός*

*Ζεὺς* id est, sensus hominis deus est. is si bonus est, Deus est propitius. Nam & Carneades in libro Telefiaco ita ait:

*πᾶσα τύχη εἰς τὴν συμφρόνῃ νοῦ καταικεί.*

Id est: omnis fortuna in sensu habitat sapientis. Nam identidem idē virtutem primum dici volumus, & sic sapientiam: quod quamuis sapientia virtutem regat; tamen in virtute animæ sapientia floret. Defectus enim virtutis, ægritudo est sapientiæ; hoc videlicet pacto, quod quicquid sapientiæ consultatio agendum inuenerit, si ad subrogandum posse virtus deficiat, curtata in suis effectibus sapientiæ plenitudo torpescit. Nam ab armis inciperem, Scini enim quod viti vocabulum significatio sexus sit, non honoris. Si viri primum nomen ponerem. Multi viri sunt, non tamen omnes laudandi. Ergo virtutem primum posui: pro qua virum laudandum assumpsi: Homerum videlicet secutus, qui ait,

*Μῆλιν ἀείδει θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος.*

ante iracundiam viri quam virum ipsum significans. Nam & ipse sub figura Mineræ virtutem monstrans dicit,

*--Ξανθῆς ἢ κόρης ἔλε Πηλεΐωνα,*

verticem Achilli detentum. Cui ego: Nec in hoc iusta te fefellit oratio. Diuina enim sapientia vestris supereminetior sensibus, tale sumpsit exordium, *Beatus*, inquit, *qui non abiit in consilio impiorum*. denique, vt bonæ vitæ perfectissimus institutor Propheta prouocans ad bene viuendi certamen, ante † præmium vastitudinis quam sudorem certaminis posuit. Tum ille, Gaudeo, inquam, mi homuncule, his subrogatis sententiis; quia etsi non nobis de consultatione bonæ vitæ veritas obtigit, tamen cæca quadam felicitate etiam stultis mentibus suas scintillas sparsit. Ergo, vt dicere cœperamus, virtus substantiæ est: sapientia verò quæ substantiam regit, sicut & Sallustius ait: *Nam nostra omnis vis in animo & corpore sita est*. Nam vt tuis fatuantius aliquid adhuc satisfaciamus ingenijs, trifarius in vita humana gradus est. Primum habere: deinde regere quod habeas: tertium vero ornare quod regis. Ergo tres gradus istos in vno versu nostro considera positos: id est, *Arma virum, & primum*. Arma, id est virtus, pertinet ad substantiam corporalem. Virum, id est sapientia, pertinet ad substantiam sensualem. Primum vero, id est princeps, pertinet ad substantiam † ornantem, quo sit huiusmodi ordo: habere, regere, ornare. Ergo sub figuratitate historię plenum hominis monstrauimus statum. vt sit prima, natura: secunda, doctrina: tertia, felicitas. hos ergo gradus viuaciter intueri: quo sit, vt supra dixi-

† Sc. L. merito.

Iliad. r.

† Sc. L. primum

† Sc. L. cœntua- lem.



mus, prima virtus animi naturaliter data, quæ proficiat: neque enim eruditur nisi quod erudibile nascitur. Secunda doctrina, quæ naturam ornat cum proficit: ut est aurum. Est enim statura in auro productionis & decoris: sed ad perfectionem malleo proficit excudentis. Ita & in ingenio ¶ natum est prouectibile: proficit, quia natum fuit: accedit felicitas, ut ¶ proficit quod proficit. Ergo & infantibus quibus hæc ¶ natura materia traditur, isti sunt ordines consequendi, quia omne honestam docibile nascitur. Eruditur, ne naturæ vacet commoditas: etiam ornatur, ne donum doctrinæ sit inane. Vnde & Plato trifarium vitæ humanæ ordinem instruens, ait: *Omne bonum aut nascitur, aut eruditur, aut cogitur. Nascitur ex natura, eruditur ex doctrina, cogitur ex subtilitate.* Omissio ergo antilogij citæuū cœpti operis; aggrediamur exordium. Sed ut sciam me non ¶ Accadicis ex promptare fabulam auribus, primi nostri continentiam libri narra. Tunc demum hæc tibi, si visum fuerit, referabimus. Cui ego: Si me scholarum præteritarum non fallit memoria: primum Iuno Aeolum petit, quo naufragium Troianis importet, dehinc cum septem nauibus euadit. ¶ In Lybico litore accipitur. Matrem videt nec agnoscit: à qua nube caua cum Achate contegitur. dehinc pietatis animum aduocat. Post hæc cœna ¶ exceptus, sono citharæ mulcetur. Habes breuiter decursam primi libri continentiam. Quid de his senseris, audire desidero. Tum ille: naufragium posuimus in modum periculosa natiuitatis: in qua & maternum est patiendi dispendium, vel infantum nascendi periculum: in qua necessitate vniuersaliter humanum voluitur genus: Nam ut euidentius hæc intelligas, à Iunone, quæ dea partus est, hoc naufragium generatur. Nam & Aeolum immitr. Aeolus enim Græcè, quasi Aeonolus, id est, seculi interitus dicitur. vnde & Homer. ait,

*Οὐλομένην ἢ μὲν Ἀχαιοὺς ἀλγὸς ἔδωκεν.*

Nam vide quid etiam ipsi Aeolo promittatur, Deiopeia in coniugium. demos enim Græcè publicum dicitur; cipa verò oculi, vel visio. ergo nascentibus in mundum seculare est periculum. cui quidem perfectioni publica à dea partus promittitur visio. Nam & cum septem nauibus euadit. quo ostendatur septenum arithmeticum numerum armonicum esse partui. cuius formulam si videtur, breuiter explanabo. Cui ego: Saturanter hæc, in libro Physiologo quem nuper edidimus de medicinalibus causis & de septenario ac de nouenario numero, omnem Arithmeticae artis digessimus rationem. eritque perissologia nota, si quæ in vno libro descripsimus, etiam aliis inferamus. Ergo qui ista discere cupit, nostrum physiologicum perlegat librum. nunc verò quæ restat à te expeto. Tum ille, Ut dicere cœperam, mox ut terram tangit, matrem videt, nec agnoscit: plenam designantes infantiam; quia à partu recentibus matrem videre datur, non tamen statim cognoscere meritum contribuitur. dehinc nube cum septus socios cognoscit, alloqui non potest. vide quam euidentis crepundiorum mos, dum adest inspicendi potestas, & deest loquendi facultas. huic quoque Achaten ab initio coniungimus, & post naufragium, armigerum, & in nube æquè conclusum. Achates enim Græcè quasi ἀχῶν ἔπος id est tristitiæ consuetudo. Ab infantia enim ærumnis coniuncta est humana natura, sicut Euripides in Tragedia Ephigeniæ ait,

*Οὐκ ἔστιν ἐδὲν δεινὸν, ὡς εἰπεῖν ἔπος,*

*Οὐδὲ*

¶ Sc. L. necum.

¶ Sc. L. prodesit.

¶ Sc. lib. nrā.

¶ Sc. l. arcaicis.

¶ Sc. libo in littore recte. Sic cœna accipi.

Memoria lapsus; Orestis, a uim principium est



CONTINENTIA.

Οὐδὲ πάθος, ἔσθ' συμφορὰ θεήλατος,  
 Ἡς ἐν αὐτῷ ἀχθος αἰθρώπου φύσις.

Id est: non est aliquod pessimum neque accidentia extrema quod non pertulerit humana natura. Arma vero tristitiæ non sunt nisi lacrymæ: quibus seipsa & vindicat & commendat infantia. Denique vix nobis quinō mense ridere permittitur, dum lacrymæ in ipsa vitæ ianua profluant. At vero animum pictura inani quod pascit, certum puerile studium refert. infantia enim videre nouit: sentire vero quid videat nescit, sicut in picturis est visibilitas, deest sensibilitas. Dehinc ad epulas accipitur, & citharæ sono mulcetur. paruulorum quippe mos est nihil amplius quærere quam delectari sono & saturari cibo. Nam denique nomen eiusdem citharizantis considera. Zopas enim Græcè quasi *σιωπή* dictus est, id est taciturnitas puerilis. Infantia enim blandiloquis semper nutricum cantibus oblectatur. vnde & crinitum cum posuimus, vertici muliebri simillimum. tunc etiam Cupedinem videt. cupere enim ac desiderare aliquid semper accidit infantia. Nam denique idem & talem versum in secundo libro post citharæ sonum posuimus: *temperet à lacrymis.*

In secundo vero libro & tertio auocatur fabulis, quibus puerilis consueta est auocari garrulitas. Nam in fine tertij libri Cyclopos vidit Achemenide monstrante. *ἄχος* enim Græcè tristitia dicitur, cyclos autem Græcè circulus vocatur. Ergo pueritia, quoniam *πῆς* puer Græcè dicitur, iam timore nutritorum feriata, tristitiam cogitandi nescit & † vaginem puerilem exercet. Ob hanc rem etiam Cyclops vnum oculum in fronte habere dicitur. quia nec plenum nec rationalem visum puerilis vagina portat, & omnis ætas puerilis in superbiam erigitur vt Cyclops. Ideo in capite oculum, quod nihil nisi superbium & videat & sentiat. quem sapientissimus Vlixes extinguit, id est, igne ingenij vana gloria cæcatur. Ideo eum & Polyphemum diximus, quasi *πολλὰ ὕψις*, quod nos Latine perdentem famam dicimus. Ergo iuuentutis elationem & famæ perditionem ætatis cæcitas sequitur. Nam vt ordo se euidenti manifestatione dilucidet, tunc patriem sepelit. Accrescens enim iuuenilis ætas paterni vigoris respuit pondera. Denique Drepanos † portu sepelit. Drepanos enim quasi *δρεμόπαιδος*. *δρεμό* enim Græcè acer dicitur, *πῆς* vero puer vocatur, quod puerilis acerbitas paternam respuat disciplinam. Feriatus ergo animus à paterno iudicio in quarto libro & venatum progreditur, & amore torretur: & tempestate ac nubilo velut in mentis conturbatione coactus adulterium perfecit. In quo diu commoratus, Mercurio instigante, libidinis suæ malæ præsumtum amor em relinquit. Mercurius enim Deus ponitur ingenij. Ergo ingenio instigante ætas deserit amoris confinia: qui quidem amor contemptus emoritur, & in cineres exustus emigrat. Dum enim † dedecus puerile auctoritate ingenij expellitur, sepulta in obliuionis cinere faulescit. In quinto vero, paternæ memoriæ contemplatione attractus ludis iuuenilibus exercetur. & quidnam aliud est, nisi vt iam prudentior ætas paternæ memoriæ exempla secuta, liberalibus corpus exerceat causis? Nam vide quia & pugillationem exercet, id est virtutis ætem Entellus & Dares peragunt. *ἐπείλει* enim Græcè imperare dicimus; *δέρπειν* cedere.

† Librorū  
 vnus ha-  
 ber: vagi-  
 nam.

† Sc. L.  
 portus.

† Sc. L. de  
 corde  
 puerili.



VIRGILIANA

† Sc. L.  
flagita-  
tur.

quod & magistri in disciplinis faciunt. Tunc etiam & naues ardescunt, id est instrumenta periculosa, quibus ætas tempestiuus iactationum cursibus † fatigatur & velut procellis periculis quotidie quatitur. Igne ingenij superexcellente, hæc omnia consumuntur, & scientia asturiæ coalescente, in fauillam obliuionis sopita commigrant. Sed hoc incendium Beroë efficit quasi veritatis ordo. At vero in sexto ad templum Apollinis adueniens, ad inferos descendit. Apollinem deum studij dicimus: idè & Musis additum. Ergo postposito lubricæ ætatis naufragio, & Palinuro amisso (Palinurus enim quasi planonorus, id est errabunda visio, vnde & in quarto libro de aspectu libidinis ita posuimus—*totumque pererrat Luminibus tacitis.* nam & in bucolico: *errabunda bouis vestigia*) Ergo omissis his rebus ad templum Apollinis, id est ad doctrinam studij, peruenitur: ibique de futuræ vitæ consultatur ordinibus, & ad inferos descensus inquiritur; id est dum quis futura considerat, tunc sapientiæ obscura secretaque mysteria penetrat. sepeliat ante & Misenum necesse est. *μῦθος* enim Græcè obruo dicitur; *αἴων* vero laus vocatur. Ergo nisi vanæ laudis pompam obrueris, numquam secreta sapientiæ penetrabis. vanæ enim laudis appetitus, numquam veritatem inquit: sed falsa in se adulanter ingesta, velut propria reputat. Denique etiam cum Tritone buccina atque concha certatur. vides enim quam fixa proprietas. vanæ enim laudis tumor ventosa voce turgescit: quem quidem Triton interimit: quasi *τρυγχιόπιον*. quod nos Latine contritum, dicimus. Omnis ergo contritio omnem vanam laudem extinguit. Idè Tritonia dea est sapientiæ dicta. Omnis enim contritio sapientem facit. Cui ego: Certior hanc tuam comprobo doctor sententiam. Nam & nostra salutaris diuinaque præceptio, Cor contritum & humiliatum, deum non despiciere prædicat. quæ vere certa manifesta que est sapientia. Ad hæc ille: Vt certius tibi planiusque liquecat quod dictum est: Carineum posuimus eius corpus igne cremasse. *χαίτην* enim Græcè gratiam dicimus, *αἴων* vero seculum nuncupatum. gratia ergo secularis vanæ gloriæ sepeliat cineres necesse est. Sed tamen non antea discitur cognitio secretorum, nisi quis ramum decerpserit aureum, id est doctrinæ atque literarum discatur studium, aureum enim ramum pro scientia posuimus, memores quia & mater mea ramum se † somniauit genuisse: & Apollo cum ramo depingitur. Nam idè & Ramus dictus est *ἄροϋ ῥ' ἁλ' ὠδίας*, id est à scriptura, sicut Dionysius in Græcis articulationibus memorat. At vero aureum quod diximus, claritatem facundiæ designare volumus: memores Platonis sententiæ, cuius hereditatem Diogenes Cynicus inuadens, nihil ibi plus aurea lingua inuenit; vt Tiberianus in libro de Socrate memorat. Nam & nos in Bucolicis idè decem mala aurea posuimus, scilicet decem eclogarum politam facundiam. Nam & Hercules aurea mala de horto Hesperidum tollit. Quattuor enim Hesperides dictæ sunt, Id est, Egle, Hesper, Medusa & Erethusa, quas nos Latine studium, intellectus, memoria, facundia dicimus: quod primum sit studere: secundum intelligere; tertium memorari quod intelligis; inde ornate dicendo quod terminas. Hinc ergo ornatum aureum studij virtus rapit. Cui ego, verum, inquam, dicis Maro doctissime. nuper enim me diuinæ historiæ memoria tetigit quæ ait, ex aethemate subreptam esse linguam auream, & † dextralia pura nihilo minus ex gentili facundia fucatum eloquium. Attamen er-  
go quæ

† Sc. I.  
Sóniat.

† Hæc  
vnu,  
Dextra-  
na.



CONTINENTIA.

go quæ restant eloquere. Tunc ille, ergo, ut antea diximus, ramum aureum, id est doctrinam adeptus, inferos ingreditur, & secreta scientiæ perscrutatur. Sed in vestibulo inferorum luctus, morbos, bella, discordiam, senectutem atque egestatem videt. Quando ergo omnia animo aut corde viri considerantur, nisi † percepto doctrinæ studio, & altioris scientiæ penetrata caligine, tunc enim agnoscitur, & inertis somni ventosa delusio & senectutis propinquior ad mortem vicinia, & bellum avaritiæ seminarium, & morbus † indigestionis, & immodestiæ soboles, & scandala ebrietatis germina, & fames, pigritiæ, & torporis vernacula. Ergo descendit ad inferos, atque illic & pœnas malorum & bonorum retributiones, & amantum considerans tristes errores, oculatus inspicit testis. Denique nauta Charone deportante transit Acherontem. Idè & hic fluvius velut æstus habet ebullientes iuuenilium actuum. Idè & cenosus, quia non habent iuvenes digesta liquidaque consilia. ἀκυσρον enim Græcè sine tempore dicitur. Caron vero quali χρόνος, id est tempus: vnde & Polydegmonis filius dicitur. Polydegmon enim Græcè multæ scientiæ dicitur. Ergo dum ad tempus multæ scientiæ quis peruenit, in temporales gurgitum cenositates morumque sæculentias transit. Deinde Tricerberum mellitis resopit offulis, Tricerberi enim fabulam iam superius exposuimus, in modum iurgij forensisque litigij positam. Vnde & Petronius in † Eustion ait: Cerberus forensis erat cauldicus. Ergo tunc iurgij calumnia discitur, & venalis lingua in alienis exercetur negotiis, dum studii doctrina profecerit, sicut in aduocatis nunc vsque conspicitur. sed melle scientiæ scandali dulcoratus † resipiscat rancor. Deinde in secretis considerationibus admissus virorum fortium contemplatur imagines, id est virtutis insignia monumentaque considerat. Ibi etiam & Deiphobi inspicit pœnam: Deiphobus enim Græcè aut quasi Dimophobus, aut velut Demophobus, id est aut terroris timor, aut publicus timor. Ergo qualislibet timor sit, iuste amputatis & manibus & oculis & auribus pingitur: illa videlicet ratione quod omnis timor nec quod videat sentit, nec quod audiat scit, nec quod gerat sine manibus nouit. Denique & in somnis à Menelao occiditur. Græcè enim Menelaus quasi μέλιτι λαόν, id est virtus populi; quæ quidem virtus omnem timorem semper somno deditum interficit. Illic etiam & Dido videtur quasi amoris atque antiquæ libidinis vmbra iam vacua. Contemplando enim sapientiam libido iam contemptu emortua, lacrimabiliter pœnitendo ad memoriam reuocatur. At vero dum ad locum illum venit ubi dicimus,

*Porta aduersa ingens solidoq; adamante columnæ:  
Vis ut nulla virū, non ipsi exscindere ferro  
Clicole valeant, stat ferrea turris ad auras.*

Vide quam euidentem superbiæ atque tumoris imaginem designauimus. Cui etiam turri idè adamantinas columnas addidimus: quia hoc genus lapidis indomabile est, sicut etiam in Græco † absoluitur: Superbiam enim nec diuinus timor nec humana virtus nec famæ verecundia reuocat. Ferrea vero turris ad auras, elatio erecta & incuruabilis dicitur. Sed elationem quis seruat nisi Tisiphone, hoc est furibunda vox? At vero quod diximus,

† Sc. L.  
precepta  
doctrinæ  
studia &  
altiori  
scientia  
penet.  
† H. bes  
vms :  
indaga-  
tionis :  
alter in-  
digestio-  
nis.

† In vno  
leg. Euf-  
cion.

† In vno  
L. resipiscit

† Sc. lib.  
absoluet



VIRGILIANA

*Quinquaginta atris immanis hiatibus ydra senior:*

illud nihilominus designauimus, quod deterior est in superbiorum corde tumoris inflatio, quam in ore ventosa iactatio. nam illud quod diximus,

---Tartarus ipse

*Bis patet in præceps tantum tenditque sub umbras*

*Quantus ad ætherium cælum suspensus olympum.*

considera plenum superbiæ meritum. pœna enim superbiæ, deiectionis est. quanto enim elatus contemnitur, tanto pœa vilitatis deiectione torquetur. Ergo exaltatus quis in superbiam duplum eliditur. Vnde & Porphyrius in epigrammate ait:

† Sc. libb.  
Auxiliū.  
† Sc. L.  
fronte.  
† Sc. L.  
vt non.

† Pauillum Fortuna tibi, rex perfida, Quinte,

Extulit in † frontem grande supercilium.

Nam † ne aliud credam, puteum puto te quoque, Quinte,

Quanto altus magis es, tam magis despicieris.

Denique ibi & gigantes videt, & Ixiouem & Salmoneum omnes superbiæ pœna damnatos: nec non & Tantalum. Tantalus enim Græcè quasi *Ἰάω Ἰέλωρ*, id est visionem volens. Omnis enim auaritia ieiuna fruendi viu, sola visionis imagine pascitur. Sed his locis iudex Radamanthus Gnosius ponitur. Radamanthum enim Græcè quasi *ῥά ῥήματα δαμόντα*, id est verbum domantem dicimus. *Ἰξίω* enim sentite dicitur. Ergo qui verborum impetum † domare scit, hic superbiæ & damnator & contemptor est. Denique Aeneas hoc strepitu terretur. Vir enim pius superbiæ voces & malorum pœnas effugit & pauescit. Deinde ramum aureum postibus deuotis infigit, & ita Elysium ingreditur. Quod clareat † facundiæ perfectione, omisso iam labore discendi, memoriæ, quæ in cerebro est, sicut in postibus perpetuæ infigenda, Elysium ingreditur campum, elysis enim Græcè resolutio dicitur, id est feriatam vitam post magistrianum timorem. Sicut enim inferni Proserpina regina est, ita scientiæ regina memoria est, quæ in Elysiis perserpens, dominatur perenniter mentibus. Huic ergo doctrinæ aureus ramulus dedicatur. De qua memoria Cicero dicere solitus erat, Theaurum scientiæ. Sed in Elysiis campis primum Museum videt, † qui Musarum dono excelsior est omnibus, qui ei etiam patrem ostendit Anchisen, & Letheum flauium, patrem scilicet ad tenendum grauitatis morem; Letheum vero ad obliuiscendam pueritiæ lenitatem. denique ipsum nomen Anchisæ considera. Anchises enim quasi *ια νοι σε νοη*, id est patriam habitans, vnus Deus enim pater, rex omnium solus habitans in excelsis, qui quidem scientiæ dono monstrante conspicitur. nam & vide quid filium docet:

† Sc. l.  
quasi Mu-  
sarū do-  
num ex-  
celsiorē  
omnibus  
sc. dom-  
num.

*Principio cælum ac terram campisque liquentes,  
Lucentemque globum Luna Tuamque astra.*

Vides ergo quia sicut Deum creatorem oportuit & de secretis naturæ mysteriis docet, Et reduces iterum animas, iterum de vita demonstrans, & futuram ostendit. Ad hæc ego, O vatium Latiaris auenta! itane tuum ingenium clarissimum tam stultæ defensionis fuscare debuisti caligine? Tu ne ille qui dudum in Bucolicis mysticè persecutus dixeras,

*Iam redit & virgo, redeunt Saturniæ regna,  
Iam noua progenies calo demittitur alto.*

Nunc



CONTINENTIA.

Nunc vero dormitanti ingenio academium quippiam † stertens,

*Sublimes animas iterumque ad tarda reuerti Corpora.*

† Sc. libb.  
sterten-  
sus.

Nam quidnam iam oportuerat inter tanta dulcia poma; mora etiam ponere, tuæque luculentæ sapientiæ funalia caliginare? Ad hæc ille subridens, Si, inquit, inter tantas Stoicas veritates etiam aliquod Epicureum non desipuisssem, paganus non essem. \* Nulli enim omnia vera nosse contingit nisi vobis, quibus Sol veritatis † illuxit. Neque enim hoc pacto in tuis libris conductus narrator accessi, ut id quod sentire me oportuerat, disputarem, & non ea potius quæ senseram lucidarem. Audi ergo quæ restant. In septimo vero Caieta sepulta nutrice, id est magistriani timoris proiecta grauedine. vnde & Caieta dicta est quasi coactrix ætatis. Nam & apud antiquos caiatio dicebatur puerilis cedes. Vnde & Plautus in Cistellaria comædia ait,

† Sc. libb.  
nullo.  
† Vnus li-  
brorum  
habet in-  
luxit re-  
tæ.

*Quid tu amicam times ne te manuleq caiet.*

Nam euidenter monstratur quod in modum disciplinæ posita est dum diximus.

*Æternam moriens famam Caieta dedisti.*

Disciplina doctrinæ quamuis † moriendo desicat, æternum tamen memoriæ semen hereditat. Ergo pædagogantis suspectione sepulta ad desideratam olim peruenitur Aufoniam, id est ad boni clementia, quo omnis sapientum voluntas auida alacritate festinat. Aufonia enim ἀπό τῆς ἀσφαλείας dicitur, id est clementia, siue etiam quod vsque in hac ætate clementia iunt corporum. denique tunc & uxorem petit Lauiniam, id est laborum viam. ab hac enim ætate vnusquisque suis vtilitatum emolumentis, laborum adsciscit suffragia. vnde & filia Latini dicta est \* nepotis Fauni. Latinus enim quasi à latitando dictus: quod omnis labor diuersis in locis latitet. Vnde & Latona dicta est Luna, quod nunc superna, nunc inferiora, nunc vni-formis latitet. † Faunos verò id est quasi καμνων γῆς, id est laborans sensus. Nam & Maricam ducit nympham, quasi meretriciam, id est cogitationem. Vnde & Homerus ait,

† Sc. libb.  
studedo.

† Sc. libb.  
nepus  
Cauni.

† Sc. L.  
Caunus.

*Σπιδεωσ λαισιοισι διαδιδχα μερμηειξεν.*

Deinde in octauo Euandri auxilium petit. Euandros enim Græcè bonus vir dicitur. Ergo iam perfectio virilis humanæ bonitatis societatem inquit à quo bonitas virtutes, id est Herculis gloriam audit, quemadmodum Cacum occiderit, quod nos Latine malum dicimus. Deinde arma Vulcania, id est igniti sensus munimina aduersus omne malitiæ tentamentum induitur. Vulcanus enim quasi bule ncauson, id est ardens consilium dicitur. Idè illic etiam omnes Romanorum depictæ sunt virtutes: quod in sapientiæ consulto munimine felicitates omnes aut conueniunt aut præuidentur. Bene enim agere, futuræ bonitatis seminarium est. Sine etiam his qui bene agit, bona sibi fiducialiter repromittit. Ergo sapientia & bona seminat, & bona sperat. In IX. ipsis armis adiutus contra Turnum pugnat. Turnus enim Græcè dicitur quasi tu ronnus, id est furibundus sensus. Contra omnem enim furiam sapientiæ atque ingenij arma reluctant. Vnde & Homerus ait, Mac e f e x. \*

exhinc etiam Mezentium contemptorem deorum intensificat. Deus enim omnia bona fieri & præstat & imperat: sed animus qui est in cor-




VIRGIL. CONTINENTIA.

<sup>¶</sup> *mus habet melius.* <sup>¶</sup> *In uno te. Inlu- sione.* <sup>¶</sup> *Vnus descen- dere: Al ter: discin dere: ¶ Scilicet quod.*

pore ¶ deum contemnendo bona non complet, reluctatque in bonis sua fin-  
 lesione. cuius ausus lædentes quasi Lausum filium eius vir sapiens interimit:  
 Dehinc ipsum animum vincit. Nam quis amicus Turni esse dicitur? nihilo-  
 minus Mezapus quasi *μῦθος ἔπειθε*, quod nos Latine horrens sermonem dici-  
 mus. Vnde & Euripides Tragedia Ephigenia ait: *VCESTIN\*\*\*\** Super-  
 rans ergo Mellapium victor \*\*\*\* Tunc demum trutane æqua lance morum  
 grauitate ponderatur ac disponitur. Deinde Iturna bello ¶ discedere præci-  
 pitur, quæ currum etiam fratris regebat. Iturna enim in modum perniciæ  
 ponitur, quod diurne permaneat. Ergo furibundæ mentis perniciæ soror  
 eius est. currum vero eius ¶ quasi regit, & eum de more protelat. Certe per-  
 niciæ, quod furorem diu producere nouit ne finiatur. Nam primum aurigam  
 Methycum habuit. methycus enim Græcè est ebriosus, vt primum furiam  
 animi ebrietas ducat: dehinc perniciæ ad protelandum accedat. Idèd & ipsa  
 immortalis dicitur. Turnus vero mortalis dicitur, furor enim animi cito fi-  
 nitur; perniciæ vero diurne perseuerat. idèd & currum eius circumagit, id  
 est in longum tempus protelat. Rotæ enim in modum temporis ponuntur.  
 vnde & Fortuna rotam ferre dicitur, id est temporis volubilitatem. **VALE**  
**mi Domine & mei tribulos pectoris cautius lege.**

P. VIRG.

  
 P. VIRG.  
 ECL.  
 MELI.  
  
 MAVRI SERV.  
 IN VIRGIL.  
 B. *Videtur...*  
 C. *Videtur...*